TRACTATVS DE VNIONE PROLIVM IACOBI RIKII AB Arweiler/

Archiepiſcopatus Colonienſis I. C.

Cui acceſſit hac poſtrema editione (præter ipſius Authoris auctionem & recognitionem) Explicatio Regulę abſolutiſſima, [QVATENVS HAERES PRAESTARE TENEATVR FACTVM VEL CONTRACTVM DEFVNCTI &c.] Tribus Concluſionibus diſtincta.

Adiectus quoq; TRACT. ANT. CONTII I. C. DE PACTIS FVTVRAE SVCCESSIONIS præſertim inter patrem & filios ad l. pactum, quod dotali, C. de pactis.

Cum Summarijs & Indice locupletiſſimo.

15 98.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum ſub Monocerote.
Cum gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſt.

Coll. Soc. Iesus Salm. ex dono

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

REVERENDISS[mo]. SERENISSIMOQVE PRINCIPI AC D. DOMINO FERDINANDO DEI GRATIA ELECTO ET CONFIRmato Coadiutori & Adminiſtratori Colonienſis & Berchteſgadenſis Eccleſiarum, Comiti Palatino Rheni, Vtriuſque Bauariæ Duci &c. Domino ſuo clementiſſimo.

VEriſſimum eſſe illud Senecæ dictum R. ac Ser. Princeps Domine Clementiſſime, quod in ſcholis didici olim, nũc reipſa cõperio, dum is ait: Si quid per laborem honeſtũ feceris, honeſtas manet, labor abit: ſed ſi per voluptatem turpe quid geſſeris, voluptas abit, turpitudo manet, Adeò (vt inquit ille) *Virtutis flos perpetuus eſt & immarceſſibilis.*

Et quia virtus in actione, ſuique continuo exercitio conſiſtit quàm maximè, nitida, ſancta, clara, æternaq; habetur: hinc eſt quod Alexander Magnus tertiùm iam victoriã de Dario Perſarum rege reportans, Rexq; Aſiæ declaratus, totaq; Babilonia, Suſis, Perſepoli, ac immẽſæ quantitatis pecunia, theſauriſq; regijs innumeris potitus, vbi ſuos delicatius genio iam indulgere cerneret, illos leniter caſtigaſſe fertur, ſe mirari, dicens, eos ex comparatione ſuæ & Perſicæ vitæ non didiciſſe delitijs nihil eſſe ſeruilius, labore nihil regalius. Rectè, dij enim

† 2 omnia

TRACTATVS DE VNIONE PROLIVM,

Von Einkindtſchafften.

AVTHORE.

IACOBO RIKIO AB Artwenſer. I. C.

CAPVT. I.

Vnio quot modis ſumatur, & quo in ſignificatu hîc accipiatur.

SVMMARIA.

1 *Verborum in iure ratio habenda.*
2 *Agri diuerſi ſublatis terminis dicuntur vniri.*
3 *Beneficia Eccleſiaſtica vnione iunguntur.*
4 *Caſtra, Iuriſdictiones, dicuntur vniri.*
5 *Actiones plures dicuntur vniri.*
6 *Animi hominum dicuntur vniri.*
7 *Vnio Margaritam ſignificat.*
8 *Vnio quomodo in hoc tractatu capiatur.*
9 *Exemplis illuſtratur deſcriptio vnionis.*
10 *Synonimum vnionis, parificatio.*

QVia confuſionem ſępè parit & obſcuritatem ignota verbi rerum, de quibus agendum, ſignificatio, ordinarium duximus, varias huius verbi acceptiones præmittere, atque tunc demum, quo ſenſu hic accipiatur proponere. † Neglectus enim verborum parit rerum incertitudinem, rurſus incertitudo 1

TRACTATVS DE PACTIS FVTVRAE SVCCESSIONIS AC PRAESERTIM DE PACTO ISOmœriæ, inter Patrem & Filios, ad L. pactum quod dotali. C. de pactis.

AVTHORE.

ANTON. CONTIO I. C.

TRactaturus nobiliſsimam quæſtionem quæ lege propoſita deciditur, operæ pretium facturus videor, ſi paulò altius & accurratius totã quæſtionem, & quaſi à capite arceſſam. Seruabo igitur hunc ordinẽ. Legis verba fideliter adſcribam, deinde eius ſummam ſententiam breuibus verbis referam, atque veteres quaſdã gloſſas partim ex Impreſsis, partim ex manu exaratis libris ſubijciã, tum ad fines & concordantes leges aut quæ ad ipſam diſputationem quoquomodo pertinere videntur, deſcribam, additis etiam externis auctoritabus. tum etiam quæſtionem ipſam in vtramque partem diſputabo, & ad eam partem quæ verior videbitur, reſponſum ipſe meum depromam; atque ad extremum rationes in contrarium adductas refutabo.